



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XIII. De dissensionibus iudicii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

luit agere sacerdotium, neque consenserit in sibi commissa ecclesia ambulare, statim talem excommunicari oportet. Quod si coactus contempserit, sanctum Concilium, quod placet, de eodem terminet.

XII.

Si quis episcopus ordinatus fuerit, & non vult ipsam parochiam suscipere, in qua nominatus est, sed alibi vult ordinare, & vim facit, & seditiones concitat contra eos qui illum ordinauerunt, hunc ab honore oportet remoueri. Si autem in pristino honore presbyterii, vult stare, non vitetur, vt gradum quem habuit, retineat. Quod si reluctatus fuerit, etiam de honore presbyterii, ab honore proprio deponatur.

XIII.

6. q. 4. Si quis episcopus in. Vbi dicitur, & in alio ex Concilio Martini papæ.

Si quis episcopus in * aliquibus iudicatur, & viderit ipsos episcopos qui in * prouincia sunt, inter se in iudicio discrepare; vt alii videantur eum qui iudicatur, iustificare, alii condemnare; pro definitione huius dissensionis, hoc placuit sancto Concilio, vt de vicina prouincia alter metropolitanus conuocetur episcopus, vt per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit Canonem.

XIV.

10. q. 3. Si quis episcopus nulla. Burch. lib. 1. c. 215. & lib. 3. c. 181. Iuo p. 3. ca. 192. & 242. & p. 5. c. 329.

Si quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, * in scio clero, aut vbi forte non est presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudicio episcoporum deiiciatur * auditus, & tamquam furti aut latrocinii reus a suo priuetur honore.

* in suo
* auditus
& conuictus,